

LXVIII.

31. Sicut Ethnici, ubi veræ essent istæ reliquiae, interdum dubitarunt:

Dianæ Tauricæ reliquias tam Athenienses, quam Lacedæmonii, tam Cappadociæ, quam Lydiæ se habere putarunt.

LXIX.

Talem Pontificios non tantum alere dubitationem; sed etiam contentionem, tam notum est, quam quod notissimum.

Tabulam, inscriptionem Christi repræsentantem à Pilato exaratam, Romani in templo sanctæ Crucis, asservari ajunt. Tolosani contrarium dicunt. Mediolani dicunt, clavum se habere unum, quibus Christus cruci affixus fuit, quicq[ue] freno equi, Constantini M. fuit appensus: Hoc negant Carpentractenses. Duo alijs clavi ostenduntur Romæ, unus in templo Crucis, alter in templo Helenæ. Alius Venetiæ: alius Coloniæ; alius Treviris, alius Seniæ; Parisiæ quoq[ue] unus monstratur. Carmelitæ etiam unum exhibent.

Sic cuspis hastæ, qua vulneratus Christus, monstratur quatuor in locis. Tunica Christi ostenditur Treviri & Argentoliæ. Ambiani dicunt secum asservari caput Ioannis; particulas tamen capiti varias monstrant incolæ Ioannis Angelici, Vesontini, Parisi, Noviodunenses &c. Romani totum quoq[ue] caput monstrant.

Digitum illius, quo agnum Dei monstravit exhibent, Vesontini in templo Ioann. Majori, Lugdunenses, Florentini, Bituriges, & alijs. Pedum petrinum monstrant Parisi ad S. Stephan., Colonenses & Trevirenses similiter. Plura si postulaverint exempla Pontificij, enumerabo illi.

LXX.

32. Sicut Ethnici ejusmodi reliquias è loco minus nobili, ad nobiliorem transtulerunt.

Antigonus Demetrij patrū cineres ex Syria in Græciam deportavit, describunt Pomposam hanc ceremoniam, Volaterranus & Sabellicus ex Plutarcho.

Idem auctor notat in Theseo & Cymone descriptionem Pompei, quia Thesei ossa post annos quadringentes ex Scyro Insula Athenas à Cymone in sua tristremi translata, & splendida deductione ac festiva celebritate, ab Atheniæsib. quasi ipse Theseus rediisset, excepta fuerint.

Similia scribit de ossibus Phocyonis.

Ita